

Aprilis anno XXXVIII. regnante domno Luduico rege^a in dei nomine foeliciter. Signum Williberti episcopi et fratrum etc.

875 April 5.

5. Donatio Helingarii fol. 4.

Domno sancto ac venerabili in Christo fratri Gisoni diacono atque abbati Helingarius. Admonet nos domini prudentia, dum in praesenti commoramus seculo, aliquid pro remedio animae nostrae debemus adcoGITare et, quandoquidem de hac luce iusserit emigrare, participes cum aliis christianis mereamur esse in paradiso. Et credimus nobis pro bonis commendare operibus, quotiescunque aliquid ad loca sanctorum concedimus atque donamus pro dei intuitu vel pro mercedis augmenti (!) vel remedio animae nostrae, cedimus ad Basilicam sanctorum Cassii et Florentii sociorum eorum sub oppido castro Bonna constructa in villa, cui vocabulum est Briubach^b, idem (corr. id est) super fluvium Reni vineam .I. cum curtile vel casa et terra aratoria, sylva vel prata, quantum ad ipsum curtim vel vineam pertinere videtur etc. Actum publice castro Bonna^c sub V. Kal. Augusti Anno II. regnante domno nostro Clodoueo rege^{d.1} foeliciter. Signum Helingarii, qui concessionem istam fieri rogavit. Signum Goderami.

6. Donatio Herlabaldi in Honestorp fol. 4.

C.² Nos in dei nomine Lambertus et Herlabaldus donamus a die praesenti ad ecclesiam sanctorum Cassii et Florentii, quae est constructa in villa, quae dicitur Basilica, ad refectorium fratrum ibidem deo famulantium quandam partem hereditatis etc. Actum publice in villa, quae dicitur Basilica^e, anno VIII^o regnante piissimo rege Luduico^f in dei nomine. Signum Lamberti et Herald^g (!) etc.

907.

7. Donatio Herioldi et Radolt fol. 4.

C. Dederunt nominati fratres Herioldt et Radolt in Bonna civitate^g et in villa marca fratribus sanctorum Cassii et Florentii de terra arabili^h etc. — Actum publice sub die Idibus Martii anno XL. regnante domno Lvduicoⁱ in dei nomine foeliciter.

a) 'qui esset annus 895 quia anno 856 electus. Verum a^o 882 obiit. Neque vero de Luduico II. intelligi potest qui annis 7 tantum regnavit'. b) A. R. 'Breitbach'. c) 'Bonna castrum' a. R. wiederholt. d) 'Anno 500' a. R. e) 'villa Basilica' a. R. wiederholt. f) 'Anno 822' a. R. Ich beziehe die Urkunde auf Ludwig IV. g) 'Bonna civitas' a. R. h) Vor 'arabili' 'ab' ausgestrichen. i) 'Ann. 896' a. R.

1) Doch wohl Ludwig III. der Jüngere, 877 Juli 28. Das 2. Jahr Clodwig III. ist 694! Für eine Merowingerurkunde ist der Stil zu gut, cfr. Nr. 17. 2) Bezeichnet wohl nur eine Auslassung am Anfang, nicht das Chrismon.